




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-208776-p0001-0

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-208776-p0002-6

DFG

EXERCITATIO IVRIDICA
QVAESTIONEM CONTINENS

*Vtrum vidua, quae existentibus
liberis portionem hereditariam petit, pro-
pria bona conferre teneatur.*

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P.P. ECCLES. CATHEDR. MARTISBVRG. CAPITVL. CVRIA
IN PROVINCIA SVPREMÆ, IVDIC. LVSAT. INFERIOR, NEC
NON FACVLT. IVRID. ASSESS. ET ACADEMIAE
DECEMVIRO,

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XI. MAI MDCCCLXIX.

P U B L I C E D E F E N D E T

CAROLVS CONRADVS RÜGERVS.

DRESSENS.

L I P S I A E
EX OFFICINA BREITKOPFIA.

EXERCITATIO IURIDICA

CARTOLINIANA CONSTITUTIO

ANALYTICA IN CIVILIS ET CRIMINALI

LEGIS ET JURIS PRACTICIS

ET IURIS PRACTICIS

DE JURE

INTERMIXTUS ET DE TULLOLATE

ET DE MARCHIA

ET PERI COPIAS IN GOTTERO

CONCERNENTES CIVILIS ET CRIMINALIS

IN TULLOLATE ET MARCHIA ET AGEDAMIS

IN APOLOGIO ICTORUM

ET DE MARCHIA

ET DE MARCHIA ET AGEDAMIS

CAROLVS CORNADIUS EUGENVS

1614.

1614.

1614.



*Vtrum vidua, quae existentibus liberis portio-
nem hereditariam petit, propria bona con-
ferre teneatur.*

§. I.

Manifestam aequitatem habere titulum de Collationibus testatur Vlpianus *l. i. ff. de Collation.* Cum enim Praetor ad bonorum possessionem contra tabulas emancipatos admittat, participesque faciat cum his qui sunt in potestate bonorum paternorum consequens esse credit, ut sua quoque bona in medium conserant, qui appetunt paterna: cui et accedit sua auctoritate Iustinianus *Nov. XXIX. c. 6.* Et quamvis iure hodierno mutata sit facies, cessat enim circa emancipatos bonorum possessio contra tabulas, cum iure Nouellarum liberi cuiuscunque sint gradus, sexus, aetatis et potestatis parentibus succedant, nihilominus tamen, ut inter ipsos, quos parentes sine praeroga-
tiua

4 *Vtrum vidua, quae existentibus*

tua diligere praesumuntur, seruetur aequalitas, iustitiae regulae desiderant. Exinde fit, ut siue successio ex testamento siue ab intestato contingat, filius, quod viuente patre animo non donandi accepit, in massam hereditariam conferre, et ut suae portioni detrahatur, pati cogatur. Mirum equidem videri posset, collationem intuitu parentum, qui liberis succedunt, penitus cessare, cum enim parentibus debeatur legitima, aequitati, quae, vti supra diximus, est principium collationis, conuenit, ut aequalis eorum sit successio. Ast si perpendere velis collationem esse ius singulare, et leges collationem constituentes, tantum de liberis non vero de parentibus cogitasse, liquido constat, legem hancce correctriam, cum teste Paulo *l. 14. ff. de legib.* quod contra rationem iuris receptum est, ad consequentias non sit producendum ad alios casus non expressos non posse applicari.

§. II.

Nil ulterius monebo de bonis collationi subiectis, haec enim ab aliis prolixiori stilo relata et scriptis inserta inueniuntur. Id tantum in praesentiarum disquiram, quod non nullis occasionem disceptandi suppeditat, et quotidie in foro obuenit. Decedit nempe Titius et relinquit liberos et vxorem; huic in regula, nisi aliter conuentum competit electio, vtrum repetere illata, vel portioni statutariae infistere velit. Quod si posterius fecerit, an propria bona in massam hereditariam conferre teneatur, quaestio oritur.

§. III.

Plerisque placet distinctio, an vxori portio ex iure provinciali, vel ex statuto cuiusdam loci deferatur. In priori casu necessitatem propria conferendi bona viduae iniungunt,

In

In promptu ipsis est Const. El. XX. P. III. vbi legislator portionem competentem siue defunctus liberos reliquerit, siue non determinat, expressis tamen declarat verbis, daß die Frau in beyden Fällen alle ihre eingebrochenen, anererben, und andere Güther zusamt der Gerade in die gemeine Theilung zu bringen schuldig seyn solle. Quam ob causam etiam hereditibus mariti, qui cum vidua concurrunt, potestatem tribuant, vt ab eadem, inuentarium vel specificationem bonorum iuramento confirmataam exigere queant. Cum enim inuentarii confectionem petere possint omnes, quorum interest. l. 15. ff. de reb. aust. iud. possid. heredes, quibus nondum constat, viduam omnia contulisse bona, ob praejudicium, si non integrum inferatur patrimonium ipsis obueniens, ad eandem petitionem merito admittuntur. Quod maiorem consequitur auctoritatem, si considerare velis, in foro Saxonicco etiam a liberis et descendantibus collationem mediante iuramenti religione fieri debere. Land-Recht lib. I. c. 13. Carpz. ad Const. El. XX. §. III. def. 9.

§. IV.

Quod si autem vidua ex speciali statuto loci portionem hereditariam petat, collationi haud quamquam esse locum, adfirmant, eiusque rei rationem partim ex natura collationis, partim ex ipsa legis dispositione petendam esse credunt. Collationis nempe onus solis liberis, nunquam vero ascendentibus collateralibus, multo minus personis extraneis in quarum numerum vxor Nov. CVII. c. 1. refertur, imponitur. confer. *Glossa in l. 1. C. de legit. heredib. Jason in l. 9. C. de Collationib.* Cum itaque constitutio, quae viduam ad bona conferenda, quando portionem statutariam petit, obligat, sit exorbitans a iure communi, introducit enim aliquid, quod iure commune non valebat, exinde concludunt, ean-

A 3

dem

dem dispositionem ad specialia locorum statuta minime esse
adplicandam; sed viduam portionem statutariam reseruatis
propriis bonis, petere posse existimant.

§. V.

Aliam rationem decidendi repetunt ex Const. El. XX.
P. III. In citata constitutione Serenissimus Elector optime
distinguit vtrum pactum vel statutum locale extet, vel defi-
ciat. In priori quod huic sit standum expresse disponit,
vtrumque enim efficit legem, a qua regulariter recedi nequit.
In posteriori vero legislator de nouo disponit, et portionem
certam determinat, insimul tamen iubet, ut collationis bo-
norum habeatur ratio. Cum itaque Serenissimus onus con-
ferendi tantum exigat, si nec pactum nec consuetudo loci
existat, exinde viduam, quae portionem ex speciali statuto
loci desiderat, immunem a collatione pronunciant, quam sen-
tentiam praeiudicio confirmat Carpz. ad Const. El. XX. P. III.
def. 7. Leyser specim. 409. med. 3. 4. 5. Menk. in Pand. ad tit. de
Collation. §. 4. Illustris Hommel Rhapsod. 74.

§. VI.

Patrocinari et huic sententiae videtur Ius civile, quod
successionem coniugum determinat. Quod si enim Nouel-
lam LIII. cap. 6. euoluere voluerimus Iustinianus coniugi
inopia laboranti succurrit, et si cum liberis concurrit, et de-
functus bona reliquit, certam substantiae partem constituit,
de onere vero conferendi nihil dixit, nec liberis eius rei
causa actionem suppeditauit. Pariter etiam in Nov. CXVII.
c. 5. quae successionis coniugalnis facit mentionem de colla-
tione, quae ab vxore exigi potest, nullum inuenies vesti-
gium. Cum itaque in dubio huic decisioni, nisi specialis
legis

legis dispositio causam mutat, sit insistendum, argumentum illudque non exiguum exinde deducitur, coniugem, quae non repetit illata, sed marito prædefuncto succedit, in regula ad conferenda bona propria cogi non posse.

§. VII.

Sed quamvis haec opinio in foro obtineat et casu obueniente dicasteria in prouinciendo eandem agnoscant, nondum tamen de veritate sum coniuctus, sed contrarium defendi posse censeo. Antiquissimis nempe temporibus coniugibus nulla competit successio, nisi defientibus liberis, agnatis et cognatis, eo enim casu solummodo in integrum hereditatem ad excludendum fiscum per bonorum possessio-nem a Praetore l. vn pr. et §. i. ff. vnde vir et vxor admitte-bantur: cuius rei rationem Praetor potissimum in eo pone-bat, quod affectio coniugum sit principium atque funda-mentum omnis cognatiæ successionis, imo omnium socie-tatum tam simplicium quam compositarum, cum contra, fiscum inter et defunctum, nulla intercesserit amicitia. Quod etiam penes alias gentes fuit in vsu. Hanc ob rem vti con-stat apud Wisigothos, maritus et vxor celsante cognatione usque ad septimum gradum hereditarie sibi inuicem succe-serunt, et apud Baioarios defientibus liberis dimidiam par-tem vxori tribuisse, alteram vero partem mariti cognatis, vbi vero vidua post mortem mariti inter liberos sine viro viueret, portionem filialem ei dedisse iure usufructus testa-tur *Hahn ad Pandect. h. t. n. 3.* ex quibus abunde apparet, olim vxori in tantum competuisse successionem, in quantum nec liberis, nec proximioribus cognatis fieret præiudicium, corum enim iura potiora habebantur.

§. VIII.

§. VIII.

Ait recentioribus temporibus mutauit causam Iustinianus, et pro parte admisit ad successionem coniuges, quamvis descendentes, ascendentes vel collaterales extent. Duo tamen et quidem singularia determinauit, 1) vt coniux superstes inopia laboret, i. e. non iis gaudeat opibus, quibus se sustinere, et dignitatem praedefuncti mariti, conseruare possit. Quod si enim alter coniunctorum aut dotem, aut ante nuptialem donationem, ex qua sibi prospicere possit, sufficientem habeat, Nov. LIII. c. VI. §. 2. successio penitus cessat, 2) vt vidua, quando cum liberis concurrit, portionem destinatam non iure proprietatis adquirat, sed tantum usumfructum ad dies vitae percipiat. Ait enim Imperator Nov. CXVII. cap. 5. ita quippe ut usum solum in talibus rebus habeat mulier, dominium autem illis seruetur, quos ex ipsis nuptiis habuerit. Si vero talis mulier filios ex eo non habuerit, iubemus etiam dominii iure habere eam res, quas ex vi facultatibus ad eam venire per praesentem iussimus legem.

§. IX.

Haec si paulo penitus considerare velimus, apparebit, leges, quae coniugibus successionem tribuerunt, eo potissimum respexisse, ne liberis inferatur praeiudicium, sed vt potius aequalitas inter hos et coniugem superstitem seruetur. Confiteor equidem collationem proprie sic dictam penes coniuges cessare, et huius rei mentionem ius ciuale non facere, putarem tamen arguento legis collationem ad coniuges quoque applicari posse. Cum enim vidua quatenus cum liberis concurrit, iure communi usumfructum tantum bonorum praedefunctae coniugis percipiat, et proprietas liberis maneat salua, aequitati quae leg. 90 ff. de R. I. in omnibus

omnibus quidem maxime tamen in iure spectanda est, omni ex parte conuenit, vt in casu, quo portionem iure dominii retineat, in compensationem proprietatis, quam tali modo liberi amittunt, sua bona, ne pereat aequalitas, ad quam leges respexerunt, inferat. Nec differentiae rationem introspicere possum, cur discrimen inter successionem ex iure communi et ex statuto fingamus. Quod si enim in priori iniungamus onus conferendi viduae, qua ex causa quaelo hoc denegamus in posteriori casu, principium iuris assistentia corroboratum deficit, cum lege non distingue, nobis vt a regula recedamus, non competit licentia.

§. X.

Incongruum sane videtur argumentum, quo Carpzov. ad Conſt. Elect. XX. P. III. def. 7. n. 8. et 9. vtitur. Putat nempe viduam, quae ex statuto succedit, eandem habere immunitatem a collatione, quae ipsi competit, quando ex pactis dotalibus portionem destinatam petit. Vehementer enim dubito, vtrum a successione paclitia ad eam, quae venit ex statuto, concludi possit, cum vtraque sit diuersa. Pactum etenim dotale, sive per modum contractus, sive in vim ultimae voluntatis celebretur, semper ita comparatum est, vt verbis conuentioonis sit standum, nec alteri inuita altera parte recedere, et voluntatem mutare liceat. Cum itaque altera coniux alteri aliquid promiserit, de collatione vero nihil dixerit, vtique huic conuentioni est insistendum, eidemque onus, de quo pacientes non cogitauerunt, neutquam imponi potest. Ast secus est, si ex statuto portionem consequitur, in hoc enim casu onus cum successio- nis emolumento coniunctum aequo ferre tenetur animo. Quod si itaque ius commune ab vxore collationem desideret, et statutum non aliter disponat, regulam sequi fas est,

B

cum

cum statutum, quod a iure communi recedit, strictissimam interpretationem exigat.

§. XI.

Nec contrarium disponit Const. Elect. XX. P. III. in qua legislator casus circa viduae successionem si vel pactum, vel consuetudo loci non extet, decidit, et portionem, quae tam existentibus quam deficentibus liberis ipsi competit, determinat, insimul tamen, ut in utroque casu propria bona conferre debeat, disponit. Verba praecedentis propositio-
nis, daß wenn zwischen Eheleuten, Ehestiftungen beredet und aufgerichtet, oder sonst des Ortes, da der verstorbene Mann wohnhaftig, wie es dießfalls gehalten werden solle, eine Will-
kühr, oder beständige Gewohnheit eingeführet paulo penitus sunt interpretanda. Agit nempe legislator de pactis dotalibus, et statuto siue consuetudine loci, in quo maritus de-
cedit. In priori casu collatio plane non potest obuenire, quia pacta dant legem contractui, et ultra verba contrahen-
tium nulla valet extensio. Quod si igitur in pactis dotali-
bus, quae viduae proprietatem certorum bonorum praede-
functi mariti tribuunt, collationis non fecerunt mentionem
partes, merito illa cessat. Neutquam enim onus imponi potest illi, qui dum ex pacto persequitur iura, se ad eius praestationem non reddidit obligatum. Ast si ex statuto vel consuetudine loci succedit vidua, aliter se res habet. Statuta enim, cum iuri communi derogent, strictissimam de-
fiderant interpretationem, et in quantum illud non expresse tollunt, in tantum ei est insistendum; si itaque statutum, quod portionem hereditariam viduae determinat, collatio-
nis onus non expressis verbis prohibet, illud adhuc obti-
nere, iure defendimus, mutatio quippe quae sit tantum quoad quantitatem portionis, et catenus a iure saxonico re-
cedit,

cedit, effectum ad alios passus non expressos minime producere potest. Et hanc sententiam menti legislatoris esse conuenientem ex verbis subsequentibus *wo aber diese Dinge ungewiss* appareat. Hac enim locutione Serenissimus indicare voluit, quomodo vidua, si vel statutum plane deficiat, vel quidem adsit, sed nec de existentia liberorum, nec forma succedendi distincte disponat, portionem petere possit, et collationem utique obtinere, afferit.

§. XII.

Obuenit hac occasione quaestio, vtrum vidua portionem statutarium ex iure saxonico prouinciali petens, etiam legata in maritali testamento relicta conferre teneatur. Affirmatiuam sententiam tueretur Carpzov. ad Const. El. XX. P. III. def. 29. et huius rei rationes duas addit 1) quia maritus in hoc casu esset debitor necessarius, qui certe animo compensandi legasse videatur, cum in necessitatibus nemo liberalis existat. 2) quia Constitutio Electoralis XX. disponit, vt vidua, quae marito succedit, omnia bona in communem massam hereditatis inferre debeat. Sed negare non possum contrariam sententiam mihi videri veriorem. Distinctio enim inter debitum voluntarium et necessarium, quam ex apicibus juris Romaini colligunt Doctores solidissimo fundamento et ratione adaequata non nititur. Potius ad naturam legati est respiciendum et exinde decisio quaerenda. Legatum cum ex mera voluntate testatoris dependent, inuoluit speciem liberalitatis, ea vero, vti inter omnes constat, compensationem non admittit, animo enim donandi testatorem legatum reliquisse colligimus. Hinc et creditor non obstante legato debitum adhuc petit, nec exceptio compensationis, nisi de voluntate testatoris constet, ab heredibus opponi potest. Cum enim ipse Carpzov.

def. 5. confiteatur, viduam, cui per pactum dotale portio est constituta, nihilominus petere posse legatum in testamento relictum, quia voluntas mariti ita sit interpretanda, vt subsistat legatum, quod aliter fieri non posset, nullam video rationem, cur contrarium in casu, si ex statuto portionem petat vidua, obtinere debeat. Nec me offendunt verba constitutionis Electoralis, quippe quae tantum de bonis vxoris propriis disponunt, neutiquam vero legati, quod titulo singulare a marito recipit, mentionem faciunt.



ULB Halle
004 053 532



3

86





B.I.G.

EXERCITATIO IVRIDICA

QVAESTIONEM CONTINENS

*Vtrum vidua, quae existentibus
liberis portionem hereditariam petit, pro-
pria bona conferre teneatur.*

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P.P. ECCLES. CATHEDR. MARTISBURG. CAPITVL. CVRIA
IN PROVINCIA SUPREMAE, IVDIC. LVSAT. INFERIOR, NEC
NON FACVLT. IVRID. ASSESS. ET ACADEMIAE
DECEMVIRO,

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XI. MAI MDCCCLXIX.

P V B L I C E D E F E N D E T

CAROLVS CONRADVS RÜGERVS.

DRESdens.

L I P S I A E

EX OFFICINA BREITKOPFIA.